



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISSERTATIONIS  
DE  
Servili Medicorum Conditione  
APPENDIX,  
SEU  
DEFENSIONIS PARS SECUNDA.

CUI ACCEDIT

Ad Dominum **L A M O T T E**

EPISTOLA APOLOGETICA,

Anglice conscripta.

Autore **CONYERS MIDDLETON, S. T. P.**

Protobibliothecario *Academiae Cantabrigiæ.*

---

LONDINI. MDCCLXI.



THE UNIVERSITY OF CHICAGO

1950

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 551

LECTURE NOTES

BY

ROBERT H. FERRY

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILL.

1950

PHYSICS 551

PHYSICS 551

LECTORI W. HEBERDEN  
S. D.

**T**RIGINTA & quinque anni jam elapsi sunt, ex quo Middletonus impugnavit Meadi sententiam de conditione medicorum Romæ degentium. Inter viros doctos, qui a Meadi partibus steterunt, fuit Wardus professor rhetorices Greshamensis, qui uno & altero scripto auctori nostro respondit. Contra primum horum se tueri cœperat Middletonus editâ defensionis parte primâ, quæ in omnium manibus est. Partem secundam jamjam vulgaturus erat, cum ad villam Harleii Comitis Oxoniensis prope Cantabrigiam, in quâ tum forte aderat Middletonus, Meadus etiam arcessitus esset, ut inviseret comitis filiam ægrotantem. Harleius, hâc oblatâ occasione, ut erat utrique eorum amicissimus, facile eos redegit in gratiam. Quapropter Middletonus unicum, quod habuit, defensionis exemplar in nobilis hospitis sui manus ultro tradidit, plaris faciens Meadi amicitiam, quàm famam, quæ ex hujusmodi victoria, vel saltem ex ingenio sperari poterat. Harleiani codices MSS postea in Museum Britannicum devenerunt, et una cum his hoc ipsum defensionis exemplar auctoris manu magna ex parte descriptum. Quod proinde ex legibus Musei omnibus adeuntibus patet, & quodammodo publici juris factum est; ne-

que sane, si penes privatum esset, ulla subest causa diutius premendi hoc opusculum, Middletono, & Meado, et Wardo jam fato functis, et consopitâ omni illa animorum contentione, quâ hæc quæstio fuerat agitata. Quamobrem visum est id prælo committere, ut et commodius, et a pluribus evolvi possit. Qui antiquitatis studio tenentur non inviti legent quod reliquum erat ad hanc disputationem penitus absolvendam; nonnullos forsitan, de quæstione ipsa unice securos, sola stili jucunditas satis delectabit. Epistola Anglica, quæ post mortem auctoris inter chartas ejus reperta fuit, propterea subjungitur, quia in eodem versatur argumento. Vale. K. Nov. MDCCLXI.

---

---

DISSERTATIONIS  
DE  
Servili Medicorum Conditione  
APPENDIX,  
SEU  
DEFENSIONIS PARS SECUNDA.

**C**UM in hac de veteribus Medicis controversia plura longe, quam rei certe gravitas postulat, tum in ipsa Dissertatione ejusque Defensione, tum in Notis, Animadversionibus, Responsionibusque ad eam factis, hinc et inde fuerint disputata, ne eadem sæpius iterando Lectori jure molestus essem, quod reliquum est, quam paucissimis absolvere, atque Appendicis loco hic adjungere statui; ut nova scilicet hæcce Dissertationis editio, post tantas præsertim in eam commotas lites, tantasque nonnullorum iras, non nuda, ut antea, et inermis, sed quasi præsidio aliquo, ac comitatu munita prodiret.

UT contentiones vero, quantum potero, minuam, ea primum notare, atque e causa ejicere liceat, de quibus inter omnes constare video; atque e ceteris deinde illa solummodo ad refutandum seligere, quæ controversiam penitus continere, et in quæ Responsionis auctor (quocum mihi jam unice res est) [a] disputationis suæ vim omnem ac contentionem contulisse videtur.

[a] Auctorem huncce Rhetoricam Londini in Collegio Greshamensi docere intelligo.

Hoc igitur imprimis inter utrosque convenit : magnum Romæ olim fervorum Medicorum numerum fuisse, quos artis exercendæ gratia divites undique coëmiffent [b]. Tum de servis hîſce quam plurimos a dominis manumiffos, artem ſuam liberè ac publicè exercuiſſe [c]. Deinde, quod maximum eſt, de civibus Romanis neminem prorfus ante Cæſarum ætatem Medicinam unquam attigiffè [d]. Atque hæ ſane conceſſiones, ſi haud ultra eſſet progrediendum, ad rem omnem conficiendam, quæſtionemque ipſam dijudicandam ponderis fere ſatis per ſe habere videntur : etenim num omnino credibile eſt in qua urbe non niſi ſervilis, libertinæ et peregrinæ conditionis homines in arte penitus medicâ verſarentur, nec civis omnino ullus ei ſeſe immiſcere dignaretur, in ea urbe Medicinam in pretio aut honore eſſe ?

ATQUE initio quidem reliqua ſane omnia concorditer inter nos et placidè ſatis procedere videntur : nam quod in Diſſertatione mea dixeram priſcis illis Reip. temporibus Artem Medicam apud Romanos non ſolum minus excultam, ſed ne cognitam quidem videri, illud mihi omne is facile concedit [e]. Atque ad ſexcentimum uſque Urbis annum de Medicis Romæ degentibus, ut de hominibus imperitis nullo artis vel doctrinæ præſidio inſtructis, et qui vix in cenſum Medicorum aſcribi mererentur, loqui non dubitat [f] : atque eadem fere alibi iterans, eos omnes artis expertes, abjectos, nec amplæ fortunæ fuiſſe fatetur [g]. Atque hætenus quidem ne minima plane inter nos diſſenſio apparet : atque ex his tam placidis initiis, ut pugilum fere mos eſt, quaſi dextris jam mutuo datis, et conſalutatione factâ, ad pugnam ſtatim et dimicationem deſcendimus.

ETENIM cum ex hoc opinionum conſenſu expectarem, ut mecum prorfus homo ſtatueret, Medicinam illis temporibus Romæ peni-

[b] Reſponſ. p. 33.

[c] Ibid. p. 164. 220.

[d] Ibid.

[e] Ibid. p. 7, 8.

[f] Ibid. p. 14.

[g] Ibid. p. 23.

tus jacuisse, nullo loco aut honore habitam; Ille tamen in contraria potius omnia delabitur, atque hoc modo concludit; “Haëtenus de Medicis, quos per primos sexcentos annos Romani habuerunt; neque causam percipio, quo minus verba clarissimi Meadii usurpare liceat; nihil servile [sed cum Meadio addere etiam debuisset, *nec tenue quidem*] medendi artem adhuc dedecorat [*b*].” Quem autem in finem clarissimi Meadii verba ab omni sua argumentatione tam aliena huc traduxerit, non video, ni ostendere voluisset, se cum tanto viro sibi ipsi contradictorie et repugnanter, quam mecum recte concludere maluisse.

CUM vero ab utrisque conceditur, ante Archagathi adventum Medicos, imperitos licet atque abjectos, Romæ tamen aliquos extitisse, de eorum conditione prima nobis disceptatio est: in qua quidem quæstione cum, propter temporum istorum obscuritatem, auctorum veterum testimoniis et monumentorum fere luce destituamur, neque ultra, quam quod probabile videatur, progredi queamus; ego sane, quod rationi quam maxime consentaneum, quodque in re obscura verisimillimum mihi visum est, in medium protuli; videlicet medicinam illis temporibus, non a civibus quidem Romanis, sed a peregrinis, atque extremæ sortis hominibus, seu servis, maximam partem fuisse administratam; quos quidem omnes a Græcis (qui magnam tunc Italiæ partem, Siciliamque fere omnem tenebant) aut bello captos, aut pretio emptos, aut fugitivos denique esse disputavi [*i*]: Contra autem Responsionis Auctor medicos istos, nec Græcos, nec servos fuisse contendit [*k*]: ac proinde nihil nobis aliud relinquit, nisi ut cives Romanos eos fuisse statuamus; cum ipse tamen alias, ut supra dixi, fatetur, de civibus Romanis neminem ante Cæsarum ætatem ad medicam sese artem applicuisse [*l*].

[*b*] Respons. p. 23.[*i*] Dissertat. p. 7.[*k*] Respons. p. 13.[*l*] Ibid. p. 164. 220.



QUICQUID vero Auctor noster concesserit ; at aliam prorsus, ac ego posui, et diversam plane rei medicæ faciem et imaginem depingere conatur : dicit enim “ medendi artem, nec a servis Romam primum allatam, nec publice ibi exercitam fuisse [m] ; sed ab hominibus liberis et ingenuis, qui medicinæ Doctores, Professores, publicique civitatis Medici dicebantur [n] : servos autem cum his magnis Professoribus nihil commune habere ; horum enim operam domesticis parietibus claudi, et familiæ valetudine privatim curanda occupari, et plerisque propterea civibus alios medicos necessario requiri, homines scilicet liberos, qui publice artem exercerent [o].”

HÆC ille ubique inculcat, et tanquam a se probata, et concessa perpæpe iterat : atqui ex hac tanta hominis fiducia, quis non Medicorum istorum catalogum aliquem, atque eum quidem satis amplum, ex Antiquitatis tenebris erutum, nobis ante oculos poni expectaret ? At nihil omnino ejusmodi, sed contra prorsus fieri videmus : nam argumentorum, auctoritatumque loco conjecturas solummodo et probabilitates profert [p] ; nec ullo scriptorum veterum testimonio opinionem suam firmare, ullave medicorum nomina exhibere potest, sed ea plane omnia temporis injuria periisse fatetur [q]. Duos tantum, ab Urbe condita ad Cæsares usque, medicos nominat, Archagathum atque Asclepiadem, unde id omne, quod disputat, fulcire atque adstruere conatur : de quibus, quod de Archagatho traditum habemus, tantum abest, ut sententiam ejus confirmet, ut contraria potius omnia, vel ipso confidente, evincat. Nam Archagathum ipsum non revera, ac propriè medicum, sed germanum Chirurgum fuisse, artemque suam ostendisse, potius quam introduxisse, Auctor ipse noster declarat [r] : cumque propter ejus in vulneribus curandis sævitiam, et ars ipsa, et omnes

[m] Responf. p. 46. 218,

[o] Ibid. p. 36. 38.

[q] Ibid. p. 47.

[n] Ibid. p. 33. 220. it. Responfion. Defens. p. 76.

[p] Ibid. p. 91.

[r] Ibid. p. 15. 182.

Medici in tædium cito Romanis transiissent, ejus fato atque exemplo alios Græcorum medicos deterreri ait, quo minus Romam omnino non nisi multis post annis adirent [s]. Restat igitur solummodo Asclepiades, ex cujus fama ac nomine hæc omnis causa pendeat, de quo quidem quæ homo noster collegerit, quam parum itidem ad rem suam faciant, jam statim videbimus.

DE hoc enim Asclepiade, num liber servusne Romam advenerit, haud satis perspicuum videtur: illud unum certissimum, non medicum eum initio, sed orandi magistrum fuisse; nec sese ad artem medicam ante convertisse, quam Rhetoricam minus quæstuosam invenisset; et quamvis e levissima gente, et sine ullis opibus orsus esset, ægris tamen blandiendo, grataque omnia præscribendo, magnam sibi hominum gratiam, famamque conciliaffe [t]. De duobus igitur hisce, quos solos noster, tanquam medicinam e Græcia transferendi auctores, nominat; unum Chirurgum tantum fuisse constat, artemque ostendisse, potius quam introduxisse; alterum vero non Medicum omnino, sed Rhetorem advenisse, nec de Medicina cogitasse, aut remedia nosse, sed artem ipsam, uti tum Romæ exercebatur, a servis libertisque magistris postea didicisse. Itaque ubi tandem, si Diis placet, tot illos artis Professores, publicosque civitatis medicos reperiemus? Unde eos eruemus? Dolendum sane tot præclara nomina temporis profus injuria periisse! At urget homo noster; medicosque ejusmodi ingenuos magnosque Professores Romæ tunc extitisse propterea contendit, quod non nisi talium virorum famâ et præmiis ad Medicinam profitendam Asclepiades unquam commoveri poterat [u]. Quasi istiusmodi hominem esurientem atque egenum servorum aut libertorum exemplum non ad victum sibi quærendum excitare potuisset.

JAM vero ex his, quæ dicta sunt, etsi perspicuum est quam ineptum ac vana ea omnia sint, quæ de professoribus suis publicisque Me-

[s] Plin. H. N. l. xxvi. c. 3.

[t] Plin. H. N. l. xxvi. c. 3.

[u] Respons. p. 56.

dicis tam fidenter Homo differuit; cum de hac tamen Medicorum distinctione tam multa disputaverit, eamque quasi disputationis suæ fundamentum posuerit, illam ulterius aliquanto considerare ac persequi libet. Afferit igitur “ omnem illam de servili Medicorum conditione opinionem, seu errorem potius, ex eo nasci, quod ad discrimen hocce inter Medicinæ Professores et servos medicos Viri docti non attenderint; [w] quos “ nihil inter se commune habuisse” affirmat. [x] Scire autem magnopere velim quibus tandem ex auctoribus “ de publicis istis civitatis medicis” tanta et tam magnifica hauserit; quisve omnino scriptorum veterum de Medicinæ Professione aliquid dixerit, quod non servis etiam profus convenire reperietur.

AT QUI hanc distinctionem, respondet Vir eruditus, indicat plane doctissimus Meadius [y]: idque illi satis esse concedo, quod Ipse dixerit: at alii, opinor, alia argumenta, aliosque auctores requirent. *Artem enim aliquam profiteri* nihil certe aliud apud optimos Latinitatis auctores significat, ac aperte et palam præ se ferre, se artis ejus scientiam ac disciplinam tenere, eamque, si opus fuerit, exercere aut docere; idque cur servis æque ac ceteris medicis non conveniat, haud cerno: quippe si ad artis professionem id omnino requiri putetur (in quo quidem homo noster distinctionis suæ vim omnem collocat) ut ars ista publice ac libere exerceatur, etiam hoc quoque medicis servis convenire posse contendo. Quis enim est in veterum omnino scriptis versatus, qui cum hoc auctore affirmabit, “ servorum operam domesticis semper parietibus circumscribi,” [y] nec foras unquam, ac in publicum prodire posse? Etenim non veri simile modo, sed certum, atque omnibus, opinor, aliis cognitum est proceres olim Romanos servorum suorum operam publice locare solere, servisque ipsis permittere, ut artem quisque suam per urbem libere exerceret [z], ut quæstum

[w] Respons. p. 70.

[x] Ibid. p. 33. 38.

[y] Ibid. p. 67.

[z] De locatione Panurgi Servi Histronis. Vid. Cic. Orat. pro Rosc. Comædo, 10.

inde tum dominis, imprimis, tum sibi ipsis etiam aliqua ex parte conficerent; atque hanc potissimum ob causam tantum fervorum numerum divites homines conquisivisse ac tenuisse existimandum est, ut ex eorum opera, atque artibus publice locatis vectigal fructumque perciperent: ex decantatis enim istis M. Craffi divitiis maximam tamen partem ex hoc fervorum vectigali profluxisse accepimus: qui cum nullam unquam præter unam domum sibi ipsi ædificasset, quingentos tamen servos Architectos habuisse dicitur, quos aliorum ædificationibus occupatos ac mercede locatos teneret [a]. Atque hinc est, quod in servis arte aliqua insignibus coëmendis societates sæpe initas legimus, ut quæstum ab iis conficiendum inter se socii dividerent [b]. Servi vero ipsi, ut in *Dissertatione* mea observaram [c], libertatem suam pecunia data mercari sæpissime solebant; plurimosque ex eorum grege a Veteribus memoratos reperio, qui immenso fere pretio beneficium istud emissent; quod non modo de Histronibus quibusdam a Plinio [d], sed de Medico etiam servo ex veteri quadam inscriptione memoriæ proditum habemus [e]: Nec aliunde profus, quam ex publica artium suarum professione, servos illos peculium corradere potuisse necesse est. Sed, ne diutius in re tam perspicua hæreamus, hanc omnem controversiam clare atque aperte Cicero ipse dirimit, qui mulierem quandam Medico servo suo tabernam instructam atque ornatam, artis suæ publice profitendæ atque exercendæ causa emisse ac tradidisse commemorat [f].

INDICET igitur licet doctissimus Meadius distinctionem istam inter Professores et servos [g]; exclametque Rhetor noster, quantum voluerit, “ quis unquam de servo audivit, qui Professor medicinæ dice-

[a] Τοσούτους δὲ κεντημένους τεχνίτας εἶδεν ἄκο-  
δμήσειν αὐτοῖς, ἢ τῆς ἰδίας οἰκίας, &c. Vid. Plu-  
tarch. in initio Vitæ Craffi.

[b] Vid. Cic. Orat. pro Rosc. Com. 10.

[c] Dissert. p. 7.

[d] Plin. H. N. l. vii. c. 39.

[e] Dissert. p. 19.

[f] Cic. pro Cluent. c. 63.

[g] Respons. p. 67.

retur?": En utrisque hominem servum, medicinæ Professore, publicumque Medicum, artem operamque suam libere et palam omnibus proponentem.

AT QUI hoc in loco consistamus aliquantulum, et in alteram illam quæstiunculam paucis inquiremus, "num Medici Roma unquam pulsi fuerint;" quod quidem doctissimus Meadius calumniam, convicium, commentum, nulloque antiquitatis monumento munitum esse dicit [b]. Quicquid vero ipse defensorve ejus disputet, si id, quod tantopere laborant, verum unquam esse ostenderint, artem scilicet medicam nonnisi ab hominibus ingenuis, magnisque Professoribus Romæ fuisse tractatam; tum ostendam simul, nobiles istos medicos, magnosque Professores una cum ceteris omnibus peregrinis ex urbe fuisse ejectos.

ET SI enim nullum, quod sciam, antiquitatis monumentum repariatur, quo Medicos præcipue, ac nominatim Roma pulsos esse declaratur, at Peregrinorum tamen univerforum expulsionem, idque legibus ob eam rem latis, Romæ sæpius accidisse cognovimus, utpote omni fere fertilitate, seu annonæ caritate remedii loco adhiberi solitas; Romanosque ipsos hoc ipso nomine apud exteras gentes male audiisse constat, tanquam in communis humanitatis jura, Jovemque hospitem peccantes [i]: idque civibus suis Cicero ipse, ut crudele quiddam et inhumanum exprobrat: "male," inquit, "qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant, ut Pennus apud Patres nostros, et Papius nuper [k]" "Papii lege," inquit Dio [l], "omnes qui non Italiam incolerent, Roma pulsi sunt." Nec in legibus hisce Penni Papiique, Tribunorum Plebis, quarum illa anno Urbis 627, hæc vero anno 688 lata est [m], ulla alia exceptio memoriæ traditur, ac unius Glauccippi, hominis cujusdam Græci. Itaque si illis temporibus medicos

[b] Mead. Orat. Harv. p. 7. 8.

[i] Libanii Soph. Orat. Antioch. xi. t. II. p. 366.

[k] Cic. de Off. I. iii. 11.

[l] Πάντες οἱ ἐν τῇ Ρώμῃ διατρέγοντες πλὴν

τῶν τῆν Ἰταλίαν οἰκόντων ἰξίπτιον, &c. Dio. I. xxxvii. p. 37. Ed. Steph.

[m] Pitisci Lexicon Antiq. in voce Lex Pen. & Pap.

illos ingenuos, Græcosque tanto numero, quanto homines nostri contendunt [n], Romæ extitisse constaret, nihil certe prohibere posset, quo minus eos quoque cum ceteris unà peregrinis ex urbe pulsos crederemus; ea præsertim Penni ætate, qua Medicos adhuc invidiam illam, odiumque, Catonis potissimum auctoritate in eos conflatum, haud superasse credendum est.

AT Plinium quidem commemorasse scio “ Romanos suos, cum diu post Catonem Græcos ex Italia pellerent, excepisse Medicos \*”. Quod tamen de Penni certe lege nullo modo intelligi potest, quæ non nisi paucis admodum post Catonem annis lata est; nec de Papia magis accipi; in qua unum solummodo Glaucippum excipi legimus [p]; sed de Augusti omnino lege quadam a Suetonio memorata, quæ de peregrinorum expulsionem, et diu post Catonem, et medicis nominatim exceptis, ferebatur [q]. Quam igitur causam rationemve excogitare possumus, cur tot illos Medicinæ professores, quot auctores nostri fingunt, homines ingenuos et peregrinos legum istarum vim pœnasque effugisse putemus, præter illam, quæ ex mea profus sententia profluat, pendeatque; Medicos scilicet istos, Græcæ licet originis, servos tamen aut libertos vel omnes vel maximam longe partem fuisse, nec legibus propterea contra peregrinos latis obnoxios. Ex duplici igitur istâ calumniâ, quam in artis opprobrium Meadius prolatam dicit [r], eligat ille tandem utram voluerit, at alteram saltem veram

[n] Responf. Auctor. p. 105.

[\* Non rem antiqui damnabant, sed artem. Maxime vero quæstum esse immani pretio vitæ recusabant. Ideo templum Æsculapii, etiam cum reciperetur is Deus, extra urbem fecisse, iterumque in insula, traduntur. Et cum Græcos Italia pellerent, diu etiam post Catonem, excepisse Medicos. Plin. l. xxix. c. 1.

*Excepisse Medicos.* “ Nominatim appellare “ medicos cum ceteris Græcis urbe pellendos. “ *Excipere* hoc loco non est demere, fecernere, “ vel eximere numero, sed nominatim cavere.” Harduinus in loc.]

[p] Cic. Orat. in Rull. i. 4.

[q] In Vit. Aug. c. 42.

[r] Mead. ibid.

esse necesse est, nempe Medicos veteres aut servos, libertosve fuisse, aut, si liberæ ac peregrinæ conditionis, tum Roma fuisse pulsos.

SED ut illuc, unde digressus eram, revertar; quid tandem de magnis istis professoribus, publicisque civitatis medicis statuendum erit? Num in plebecula solummodo, atque infimis civium ordinibus tantorum hominum operam penitus versatam arbitrabimur? nam nobiles certe ac principes viros, ipsosque etiam Imperatores nonnisi servos Medicos ad valetudinis suæ curam adhibuisse accepimus. Nonne Domitium, cum castris præffet, ob hanc ipsam causam servum Medicum secum habuisse ostenderam [s]? Nonne Catonis Medicum libertum, cujus sine dubio peritam fidelemque operam Cato sæpe in servitute expertus esset, dominum etiam in Africam comitantem vidimus, ut ei ad omnia artis suæ munia præsto esset [t]? Nonne Augusti ipse valetudinem Antonio Musæ servo, et deinde liberto penitus commissam legimus [u]? Atque idem ille Augustus, cum Germanico in acie militanti medicum de servis suis, unà cum C. Caligula, tunc infantulo mitteret, nonne ad hoc tam grave munus hominem fide et scientia spectatum, nonne magnum aliquem professorem et nobilissimum Medicum delegisse censendus est [x]? Atque ejusdem etiam fortis Glyconem illum Panfæ Consulis Medicum fuisse existimo, quem de morte Panfæ suspectum & in carcerem coniectum Brutus tanto studio Ciceroni commendat [y]. Hic vero me acriter satis homo reprehendit, dicitque me ad hanc Bruti epistolam “conniventibus oculis venisse, et verba quædam detraxisse, quæ meam ipsius sententiam evertissent;” & probassent plane Medicum istum in servitute esse non potuisse, propterea quod mulierem quandam in matrimonio habuisse dicitur; ostendit enim Vir doctus ex Juris consultorum libris, quod in liberis hominibus *matrimonium*, id in servis *contubernium* dici [z]. Idque etsi verum esse

[s] Dissertat. p. 10.

[\*] Ibid.

[t] Ibid.

[y] Ibid, p. 13.

[u] Ibid.

[z] Respons. p. 116.

fatear, omnibusque cognitum arbitrer, et legum scilicet sensu & notione non *uxores* servorum, sed *contubernales* proprie ac legitime vocari, at in sermone quotidiano usuque communi uxoris conjugisve nomen vel servis etiam tribui solere ex multis scriptorum veterum testimoniis cognovimus [a].

E G O vero Medicum istum Panfæ non servum, sed aut servum, aut libertum esse dixi, quorum neutrum ille concedit, sed liberum omnino esse vult: at cum proceres Romanos Medicos semper servos in familiis suis habuisse constat; quoties Nobilis alicujus Medicum memorari cernimus, quid aliud cogitare possumus, ac servum aut libertum saltem ejusmodi hominem fuisse? Etenim si aliter res esset, et de publicis civitatis professoribus Glyco iste fuisset, cur Panfæ appellaretur, qui omnium Medicus esset, causam nullam video: quicquid enim de Medicis annuo salario conductis homo noster alibi dixerit, id ad causam nostram nullo modo pertinere, nec nisi posterioribus Imperatorum temporibus obtinuisse certum est.

S E D me propterea errasse arguit, quod Plauti auctoritate Romanorum mores illustrare cogitarem; cujus quidem fabulas, utpote a Græcis traductas, nonnisi Græcas consuetudines referre atque exhibere affirmat: atque hoc alias sæpe mihi objicit, meque plane deridet, quoties Plauti unquam vel Terentii verba adhibeam [b]; quod eos non ad Atticorum solummodo mores respicere animadverterim. Credisne igitur, Vir erudite, Poetas Romanos fabulis istis Græcis Romani prorsus nihil immiscuisse? Annon illos permulta a Græcis traducta ad civium suorum mores atque instituta accommodasse putas? Nonne vides autem eruditos omnes, Jurisconsultos vero potissimum ac antiquarum rerum studiosos in rebus Romanis explicandis Plautum semper ac Terentium absque ulla dubitatione tanquam optimos testes appellare;

[a] Phrygiam ut uxorem meam unà mecum videam liberam. Ter. Ad. v. 9. Servus quidam—habens ex eodem famulatio conservam

conjugem. Apuleii Metam. l. viii. p. 253.

[b] Respons. p. 17. 60.



quos tamen omnes eodem illo quem tu mihi imputas, errore implicari necesse est? Quis autem ignorat populum Romanum et leges suas, & consuetudines plerasque a Græcis accepisse, cumque eis communes habuisse? Quarum innumerabilia fere exempla ex Plauto ac Terentio colligi possint: at præter illa, quæ utrique genti communia erant, per multa etiam ex fabulis istis loca adduci queant, quæ res, moresque Romanorum proprie ac unice spectare videntur, quorum unum alterumve tibi exemplum proponam [c].

HÆC autem Plauti loca, si te parum moveant, nec inscitiae tuæ convincant, at movebit tamen, opinor, celeberrimi Bentleii auctoritas, quam quidem, apud me licet haud multum valere fatear, at Meadius certe gravissimam sanctissimamque agnoscet: Bentleium igitur hunc ipsum Plauti locum idcirco adhibuisse animadverto, ut rem prorsus eandem, ac ego velim, inde probaret; Medicos scilicet Romæ degentes (quorum plerosque libertos fuisse declarat) officinas, vilesve tabernas semper habuisse; easque perinde ac tonstrinas ab otiosis ac loquacibus frequentari solere: atque ex hoc Plauti testimonio id proverbii loco apud Romanos de re aliqua vulgo cognita ac pervulgata in usu fuisse existimat; *Medicis et tonforibus notum* [d]. At Inscriptiones illas antiquas, quas ad sententiam meam confirmandam adduxeram, nullius in hac causa momenti esse existimat, quodque de auctorum etiam testimoniis fecerat, illas non nisi derisione ac contemptu excipit: “egregiam sane,” inquit, “comprobandi rationem! novem exemplis totam rem conficit, quorum etiam major pars, nempe quinque, non fervorum, sed libertorum sunt [e].” Quasi id omnino ad artis gloriam interesset, num servi eam exercuerint, an liberti, quos in servitute eam didicisse atque exercuisse, nec nisi probata diligentique ejus

[c] Vid. Plauti Curcul. Act iv. Sc. 1. it. Amphitr. i. 2. ver. 306. it. Rud. iv. 4. ver. 127. Mil. Glor. iii. 1. 97. Aulul. i. 2. 29, &c.

[d] Bentl. not. in Hor. Ser. l. i. 7.

[e] Respons. p. 84.

administratione libertatem unquam consequi potuisse necesse est. Sin autem novem illas inscriptiones ad rem nostram haud satis esse existimet, plures longe si opus fuisset, nec paucas eas quidem proferre potuissem; cum nulla unquam earum collectio in publicum emissa fuerit, in qua non complures ad Medicos servos libertosque pertinentes reperire liceat: ut in illo Inscriptionum Florentinarum libro nuper edito [f].

L. CORNELIVS. L. L.

EVPORVS. MEDICVS.

HVIC tres insuper alias adungere libet ex monumento quodam antiquo nuper admodum Romæ reperto effossas, quod servis libertisque Liviae Cæsaris Augusti uxoris commune olim sepulcrum stetit: quarum exemplaria manu propria descripta ad me mittere dignatus est vir apud omnes fama illustris, apud suos vero ad Archiepiscopi dignitatem merito evectus, Justus Fontanini.

M. LIVIVS.

TYRANNVS. M. LIVIVS.

LIVIAE. L.

LIVIAE. BOETHVS.

ORESTES. SVpra. MED. MEDICVS. MEDICVS. DAT.

M. IVLIO. SPERATO.

HÆ vero Inscriptiones, unà cum cæteris omnibus in eodem sepulcro repertis (quæ pulcherrimis literis exaratae mortui cujusque nomen, munusque, quod Liviae quisque in familia gesserat, singulae declarant) jam in publicum emissæ, notisque illustratae sunt a viro omni literarum genere eruditissimo, mihiq; etiam dum Romæ versabar, amicissimo Francisco Bianchini domestico, uti vocant, Pontificis Prælato.

SED ad acerrimam jam certationis suæ partem rhetor noster descendit, qua viros clarissimos Casaubonum, Sponium, Meadiumque contrariæ sententiæ propugnatores sibi defendendos suscipit. De Casaubono vero, cujus quidem sententia non a mea longe recedere videtur, nihil opus est, ut plura dicam: Sponiumque quod attinet, illud mihi defensor hicce assentiri cogitur sententiam ejus “ de septem urbium dominio Asclepiadi Medico concessio et falsam esse, nec ullam veritatis speciem habere [g].” Sed “ ansam me inde injuriose Meadium criminandi, quasi cum Sponio consensisset, arripuisse” dicit [b]. Ego vero nec Meadium omnino criminatus sum, nec quidquam ei injuriæ feci, nisi id injuriosum sit, quod non aperte declaraverim, eum cum Sponio non errare potuisse, utpote qui Sponio doctior longe, atque in rebus antiquis versatior esset. In medio rem reliqui, an cum Sponio sentiret, necne; nec quid ipse existimaverim, significavi: cum tamen vir clarissimus in hac omni de Medicis Romanis quæstione Sponium penitus sequatur; atque ubi Asclepiadem illum, septemque civitatum donationem commemorat, non nisi Sponio utitur auctore, nosque ad eum ipsum locum, ubi Sponius tam turpiter lapsus est, absque ulla ejus reprehensione remittit [i]. Alii, opinor, omnes me potius moderatum existimabunt, quod non plura; quam cum homine nostro injuriosum & criminatorem, quod tantula dixerim.

CUM Sponio vero hæc una fere mihi restat disceptatio de Medicorum eorum conditione, qui Romana sibi nomina cum Græci nominis adjectione ascivissent; num ingenui scilicet, ac illustri loco nati, an servi potius ex istorum nominum familiis manumissi essent: atque eruditus hicce Responsonis auctor asserit, post Sponium, Medicos ejusmodi Græcos in nobilissimas Romanorum familias adoptari solere,

[g] Responf. p. 133.

[b] Ibid. p. 134.

[i] Mead. Orat. Harv. p. 9.

nomenque deinceps familiæ ejus assumere; meque graviter reprehendit, quod distinctionem inter adoptionem ac manumissionem, a Sponio notatam, tacitè prætermissem, “cum res,” inquit “de qua agimus, haud parum lucis ex ea fœnerari possit [k].” Adoptionem quod attinet, duplicem eam fuisse reperio; unam scilicet omnibus, opinor, cognitam, qua in alienam familiam, filiique hæredisque locum ex alio natus adipisci poterat; quæ tamen nonnisi inter cives locum omnino ullum habuit: alteram vero a civibus in servos conferri solitam, qua non familiam, sed libertatem unice dari intelligebatur. Distinctionem igitur istam lubens agnosco, servosque libertatem utroque modo, vel adoptione, vel manumissione adipisci potuisse concedo: illud autem non aliam prorsus huic causæ lucem afferre potest, ac ut Medicos istos, contra ac auctor noster existimat, de quibus quæstio est, Cassios, Calpetanos, Arruntios, servos omnes fuisse demonstrat. Aliam autem quamlibet adoptionem, qua Græculos istos a Principibus Romanis adoptari somniant, merum esse commentum nulla auctoritate, nullo antiquitatis monumento munitum censeo: Sponiusque millies dicat licet, totiesque noster hicce in verba ejus juret, at mihi tamen nihilo minus absurda ac ridicula penitus notio ipsa judicabitur.

FATEOR equidem homines peregrinos, postquam civitatem adepti essent, eorum postea nomina usurpasse, quorum auctoritate & gratia beneficium illud obtinuissent: Medici autem isti in Inscriptionibus antiquis memorati, si ante Cæsarum ætatem vixerunt, ejus certe generis nequaquam esse poterant; quia ante J. Cæsarem, ut dixi, nulli unquam Medico præter unum Archagathum jus civitatis datum reperio: si autem postea floruerint, nihil certe ad quæstionem nostram pertinet, utrum liberi an servi fuerint. De peregrinis præterea accepimus, usitatissimum iis fuisse, Romana sibi nomina assumere, ac pro civibus fe-

[k] Respons. p. 139.

gerere, cum cives non essent, ita ut eorum insolentiam legibus sæpe cohibere, ac castigare necesse esset [1]. E quorum numero haud ab simile videtur quin Medici etiam nonnulli fuerint; quod a Cicerone plane indicari videtur, qui de Medico quodam, homine impuro, qui Cornelii nomen sumserat, loquens, is, inquit, “Cornelius est Artemidorus Pergæus [m].” Sed nulla, ut sæpius dixi, facilior certiorve rem omnem expediendi ratio videtur, quam ut servos eos fuisse statuamus, qui libertatem adepti dominorum sibi nomina pro more assumisissent.

ROMANI enim, quoties servos manumitterent, nomina semper vel sua, vel eorum, quorum gratia id facerent, illis imponere solebant: ut Atticus, cum Cæcilius ipse nomen cepisset, id Eutychedi, servo suo, imponit; qui in libertatem emissus, T. Cæcilius [n] postea nominabatur. Dionysio autem, servo M. Pomponii, nomen ex sui ipsius et Ciceronis nomine compositum indidit [o]. Hos igitur ambos, T. Cæcilius & M. Pomponius, viros sane bonos et valde literatos, quorum alter puerorum Ciceronum pædagogus erat, Sponius fortasse ingenuos, ac in Attici familiam adoptatos existimaret, idque homo noster sine dubio defendisset; cum tamen eos nomina ista illustria nonnisi ex servitute adeptos cernimus. Quod idem etiam de Medicis istis, de quibus jam quæritur, si non ut certum prorsus, at veri saltem simillimum statuendum arbitror.

SPONIUM vero, virum sane pereruditum, si quis in hac nostra disceptatione libere nimis a me tractatum existimet, haud aliam ego quidem excusationem quæram, ac quam a Sponio ipso mihi præbitam reperio; qui, uti hominem ingenuum, ac de rebus præsertim obscuris atque incertis disputantem decet, se in hac causa nullo modo “per-

[1] Cic. Off. 1. iii. 11. Sueton. in Claud. c. 25.  
Val. Max. iii. 4.

[m] Cic. in Verr. iii. 21.

[n] Cic. Ep. ad Att. 1. iv. 15.

[o] Ibid.

tinacem, aut opinioni penitus alicui addictum, sed a sua ipsius sententia decedere paratum" declarat, "quoties aliam uspiam probabiliorem inveni-  
nerit: nec sibi, veri tantum exquirendi cupido, minus gratum fore"  
affirmat, "si quis eum refutaret, quam si laudaret: neque se dubitare"  
dicit, "quin, si vita sibi diutius prorogaretur, errata ipse sua exagitari,  
ac ludibrio haberi cerneret."

At cum clarissimo Meadio (ad cujus defensionem homo noster omnibus viribus innititur) longe aliter sese rem habere animadverto; quippe ex hoc uno fonte omnem illam erga me acerbitatem atque iracundiam profluxisse sentio, quod a tanto viro ausus essem dissentire: idque etsi leviter tantum, et sine ulla petulantia, verbisque ei plane honorificis fecerim, quod dissenserim tamen, nonnisi contumeliae loco haberi, nec alio ac "injuriæ," "opprobrii," & "criminationis" nomine appellari cernimus. Et quo indignius adhuc Meadium a me lædi ostenderet, me beneficia, nescio quæ, ab eo accepisse significat. Meadii autem illa erga me merita, quum mihi penitus incognita sint, in publicum ea Meadius proferat velim, ut debitas ei tandem gratias referam; illud tamen scio me eo fortunam in loco collocasse, ut nemini prorsus mortalium ita sim beneficiis obligatus, quin mihi in rem quamlibet, scitu modo dignam, tum libere inquirere, tum quid senserim libere etiam proferre fas sit.

SED ad ea jam paululum attendamus, quæ ad Meadii defensionem auctor noster attulerit. "Non meminisse Meadium" dicit [p] "consuetudinis illius apud Romanos servos medicos coëmendi; neque argumenti naturam, quod tractabat, ut id fecisset postulasse: propterea quod honores solummodo medicinæ recensere in animo habuerit, &c." Hoc autem quid aliud est, ac hominis gloriosa magis, quam vera quærentis? Etenim cum Meadio, uti alibi idem hicce declarat [q], propo-

[p] Respons. p. 68.

[q] Ibid. p. 4.

fitum esset inveteratam illam de servili Medicorum conditione opinionem refutare, quid magis ab eo requiri, magisve ad argumenti sui naturam pertinere poterat, quam consuetudinis istius meminisse? Sed aliam statim rationem, atque eam quidem facetam admodum, adjungit; nam “extra propositum suum Meadium existimasse,” ait [r] “penetrare in ædes privatas, rebusque domesticis se immiscere, aut quot fervorum genera viri illustres alerent, considerare.” Admirabilem sane defensionem! quasi speculatoris solummodo atque in rebus alienis curiosi esset, quid veteres isti Romani domi agerent, perscrutari et in publicum proferre: at proximis tamen verbis non ignorasse virum eruditissimum dicit “servos medicos, æque ac omnium artium peritos, apud illos inveniri.” Sed unde, quæso, illud cognoscere potuisset, ni in “ædes ante privatas” penetrasset? Curve quod de Medicis servis cognoverat, non nobiscum communicare voluit? quoniam scilicet, uti Defensor hicce ait, “cum iis tantum medicis illi negotium fuit, in quos Romani honores & præmia contulerunt [s]:” quasi existimasset vir clarissimus, si fervorum medicorum mentionem ullam fecisset, haud aliud illud esse, ac hostibus arma tradere, atque adversariorum causam agere: ad illos enim pertinere quicquid in arte medica servile unquam aut ignobile fuisset, exquirere; ad se vero contra medicos solummodo honoratos, ingenuos, nobiles proferre; atque hos igitur solos Romanorum medicos appellat [t]. Quos inter “Romana illa nomina, quæ medicinæ professione claruisse” ait, in oratione sua enumerat; Stertinios, Cassios, Rubrios, &c. quos omnes ex “ingenuis civium familiis, medicinæ fama florentibus” profluxisse contendit [u]. De qua quidem notione, cum jam fatis multa a me alias disputata sint, haud opus erit plura adjungere; illa tantum considerabimus, quæ defensor hicce contra adduxerit.

As t ille nequaquam animum inducere potest, quin medicos istos, Romana nomina usurpantes, gente etiam Romanos, atque ex familiis

[r] Responf. p. 69.

[s] Ibid.

[t] Ibid.

[u] Vid. Mead. Orat. Harv. p. 10. 49,

vetustate

vetustate ac dignitate illustribus fuisse credat [w]: illud vero si probasset plane, quod quidem se fecisse gloriatur, quæstionem tamen nostram nullo modo attigisset, cum nonnisi Cæsarum temporibus Medicos eos nobiles floruisse concedit. Sed tantum abest, ut probaverit, ut contrarium sæpe vel sua ipsius argumenta evincant: Etenim Stertinius Fratres civium numero habendos propterea contendit, quod “Græcos homines censum suum in Neapoli operibus exornanda, uti de eis tradit Plinius, exhaurire voluisse, haud probabile videri declarat [x]. At quid contra magis probabile esse potest, quam Græcos homines ad Græcam urbem exornandam pecuniam dare voluisse? quisve omnino, præter hominem nostrum, ignorat Neapolim istam Græcam plane urbem fuisse, unamque ex potentissimis illis Magnæ Græciæ urbibus, quas in Italia floruisse Cicero commemorat [y]?”

AT hoc in loco (quo de Rubriorum nummo quodam, a clarissimo Meadio producto, quid senserim exposueram) me graviter sane vir probus objurgat, quod in auctoribus citandis mala fide egerim, eorumque verba non, ut “apud illos leguntur, sed ad meos sensus detorta,” adduxerim; quod ni fecissem “tota hæc disputatio multo leviori opera decisa fuisset: nescio unde fit,” inquit, “ut non tam quod ipsi revera dicunt, quam quod causæ suæ maxime conducit sæpissime eos dicere facit. Ita enim, si eum audiamus, clarissimus Meadius anguem in nummo Rubriæ Familiæ ad florentem tunc in ea familia medicinæ laudem referri oportere censet. Sed Meadii verba longe aliter sonant, &c. [z]”

ATQUE hinc sane videre possumus, quam mihi necesse fuerit istam olim de rhetorum artibus cautionem adhibuisse [a]: quis enim est qui ex verbis istis, tam graviter serioque enuntiatis, me non dolo malo

[w] Responf. p. 158.

[x] Ibid. p. 163.

[y] Tuscul. Quæst. 1. iv. init.

[z] Responf. p. 168.

[a] Vid. Dissertat. meæ Defens. p. 7.



egisse crederet, nisi de rhetorum illa quidvis fingendi et ementiendi licentia statim cogitasset? ut vero criminationis hujus vanitas, hominifque simul ingenium clariùs appareat, Meadii ipsius verba huc subjungere libuit [b].

HIC vero exclamat rhetor noster, a “ Meadio nihil pro certo affirmatur, sed alia tantum conjectura iis, quas Patinus et Vaillantus antea obtulerant, adjicitur: quod ex verbis, *ut videtur*, manifesto apparet.” At quis unquam antea defensionem tam puerilem, tamque futilem audivit? nonne enim ex verbis illis, “ *ut videtur*,” Meadio saltem ita videri declaratur? nam præter eum, nemini certe idem illud verisimile videri arbitror: Nonne Meadius etiam opinionis suæ veritatem sibi persuasissimam esse ostendit, cum viros egregios Patinum & Vaillant, haud reprehendere vereatur, quod rem tam perspicuam prætermisissent? hæc vero, si auctori nostro, tardioris ingenii homini, doctissimi Meadii sensum haud clare satis indicare videntur, at alium tamen ex eadem illa oratione locum adduxeram, quo aperte, totidemque verbis rem ipsam Meadius declarat, “ Rubriamque Familiam Medicinæ professione celebrem esse, idque nummo quodam in ea familia probari affirmat [c].” At quid tandem de rhetoris nostri fide atque ingenio judicabimus? quamve aliam tantæ temeritatis excusationem fingere possumus, ac homini conductio omnia, quæ causæ suæ inservirent, recte secusne, affirmare aut negare necesse esse?

EGO vero de loco quodam orationis Meadianæ dixeram, eum tam implicatum, tamque verbis et sententiis obscurum mihi videri, ut vix sensus ullus commodus, sibi que constans inde elici posset [d]. At

[b] Præterire autem nequeo in nummis Rubriorum conspici anguem, Deæ Salutis signum, monumentum, ut videtur, familiæ sibi medicinæ laudem vindicantis. Miror itaque in nummis istis explicandis neque Patinum, neque Vaillant, viros de re nummaria optime

meritos, hanc arti suæ adeo honorificam, inter alias ejus rei causas longius petitas attulisse. Mead. Orat. Harvæ. p. 10, 11.

[c] Vid. ibid. p. 49.

[d] Vid. locum illum Meadii citatum dissertation. p. 26.

homo noster contra locum ipsum clarum esse et perspicuum esse defendit, et “ quicquid ibi repugnantiae sit, non Meadii esse, sed meum;” [e] meque plane deridet, quod, cum plura ibi notari posse significassem, unum tantum quiddam commemorassem. De illo igitur uno primum quæremus, deinde de aliis videbimus.

AT quicquid propugnator hicce contra attulerit, ego tamen in hisce Meadii verbis non “ repugnantiae modo speciem quandam,” quod ille quidem fatetur [f], sed apertam, veramque repugnantiam inesse contendo. Quippe vocem istam, *Clientela*, illis saltem, de quibus loquimur, linguae Latinae et reipublicae temporibus, nihil profus aliud significare dico, ac clientum liberorum, qui a servis omnino distinguebantur, gregem. “ Scis,” inquit Cicero, “ quam diligam Siculos, quam istam clientelam honestam duco [g].” Atque alibi “ tantam domum, tantas clientelas Appius regebat [h].” Meadiumque propterea sibi ipsi repugnare dixi, quod medicos suos Græcos et in clientela, et in servitute simul esse asseruerat. Meadii autem contra defensor, non omnes, qui in clientela essent, clientes revera esse, sed servos etiam in clientela fuisse disputat [i]; quod cuius certe Romanis in rebus quantulumcunque versato, vel ipso auditu absurdum ac contradictorium censebitur.

AD sententiam vero suam confirmandam ad legum codices confugit, atque ea posteriorum imperatorum tempora, quibus tum consuetudines pleraeque, tum sermo ipse Latinus a proprio atque antiquo usu defeciverat: at quid tandem ex codicibus istis eruit? nihil sane, quod opinionem suam aperte confirmet, sed quod ei tantum aliquo modo favere, ac consentire videatur [k]. Ostendit autem, idque ex optimo quidem auctore, “ liberos homines sese aliquando in servitutem dare solere [l].” Id autem, quemadmodum ad rem pertineat, non video,

[e] Respons. p. 204.

[f] Ibid.

[g] Epist. ad Att. l. xiv.

[h] Id. de Senect. 410.

[i] Resp. p. 206.

[k] Ibid.

[l] Ibid. p. 209.

ni ostendisset simul eos, qui in servitutem se vendidissent, in *clientela* etiam eodem tempore fuisse; de quo sane hæc omnis disceptatio est. In tanta vero auctoritatum inopia ad Terentium tandem sese conferre, idemque plane facere cogitur, quod mihi ante toties exprobrasset, Romanam scilicet consuetudinem Græcæ fabulæ auxilio illustrare. Sed mirari satis nequeo hominis cæcitatem, qui non videt, locus ipse, quem adduxerit, quam sententiæ plane suæ contradicat; nam Thais, quæ sese ibi in *clientelam* ac fidem dedisse dicitur, libera certe erat [m]. Tu vero num nobis persuadere speras clarissimum Meadium, cum vocem istam in oratione sua adhiberet, loca quædam ex Justiniano codice obscura atque ignota ante oculos habuisse? Num hominem liberalem tam callide ac versute egisse, verbaque idcirco controversa et infidiosa, tanquam laqueos quosdam, posuisse defendes, ut si quis parum cautus in ea offenderet, auctoritatibus statim hisce inauditis & incognitis opprimeretur? annon honestius longe esse putas erroris aut repugnantiae aliquid confiteri, quam talem defensionem, talemque defensorem adhibere?

SED reliqua jam ejusdem loci sententia, quoniam illuc me auctor noster provocat, num sese melius habeat, paucis exquiramus: et fateri hic clarissimum Meadium videmus “medicos haud paucos, absque opibus et scientia, medicamentorum ignaros, et manu tantum curantes e Græcia Romam venisse: hujusmodi vero homines inopes, abjectos, indoctos literis tamen operam dando, ad principum medicorum gradum & censum sæpe ascendisse.” At hoc num probabile omnino, aut consentaneum videtur, homines tam indoctos literarum subito studiis incensos fuisse, aut tam inopes otii satis a victu quaerendo ad artes excolendas habuisse? numve verisimile est eos, qui e Græcia illiterati venissent, ea studia, quæ domi atque otiosi neglexissent, in servitute postea rebusque agendis occupatos excoluisse? Sicut autem exemplis tum res obscuræ illustrantur, tum creditu sæpe difficiles confirmantur;

[m] Respons. p. 205.

ita vir doctissimus ad rem omnem expediendam unicum Antonii Musæ exemplum sufficere cenfer: “tali enim,” inquit, “conditione fuit Antonius Musæ.” Num igitur Musæ, medicorum fere veterum nobilissimum, doctissimumque absque artis suæ scientia aut doctrina, quodque minus adhuc credibile est, nil nisi Chirurgiam profitentem, e Græcia Romam venisse existimabimus; cum tamen noster hicce Meadii defensor se “clarum atque apertum indicium” habere dicit, “illum ipsum Musæ chirurgiam nunquam attigisse [n]?” Sed quid tandem si Musæ ipse non omnino e Græcia, sed ex Africa, Romam venerit, e Jubbæ Mauritaniæ Regis familia, ubi cum fratre Euphorbo apud regem, studiorum claritate memorabilem, rei que etiam medicæ curiosum artem suam, antequam in Augusti manus devenerat, exercuisse videtur [o]?

MUSÆ igitur hujus exemplum ad res ejusmodi confirmandas, quibus ex omni parte contrarium plane reperitur, a viro celeberrimo adhiberi cernimus: nec enim “e Græcia venerat;” nec “scientia inferior erat;” nec “manu tantum curabat;” nec “in clientelam aut servitutem” sese cuiquam dederat; nec “libertatem adeptus tum primum se ad literarum studia contulit” ac in medicorum clinicorum censum venit; sed Cæsari Augusto a rege Juba dono, uti videtur, missus, cum nobilissimus esset medicus, libertatem tandem propterea consecutus est, quod eam sese arte ac scientia mereri ante demonstraverat.

UT vero huic tandem Appendici modum aliquem finemque constituam; si quid mihi in hac disceptatione asperius aliquanto exciderit; id homini prorsus, quocum mihi negotium est, tribuendum arbitror; qui ab hac controversia semotus, nec ullo modo laceffitus læsit tamen prior, meque de quæstione certe levicula, nulliusque momenti disputantem, tam acerbe tamque malevole infectatus est, ac si contra religionem bonosve mores aliquid literis mandassem; cujus quidem rationem vix ullam excogitare queo, ni, quod rhetores antiquos facere solitos ac-

[n] Responf. p. 197.

[o] Vid Plin. H. N. l. xxv. c. 7. &amp; l. v. c. 1.

cepimus, id noster etiam discipulis suis ostendere voluisset, quam facile causam scilicet inferiorem disputandi arte ac solertia superiorem reddere posset!

MEADIUM vero quod attinet; si quid de Medicorum veterum conditione inconsiderate minusve recte ab eo disputatum ostenderim, at honestam certe ei excusationem paraveram, qui “ rebus tam gravibus distentum, hisce nugis exquirendis nequaquam vacare” declarassem. Nobis enim ne persuadere cupiat vir clarissimus se ægris penitus visendis occupatum, et dies noctesque fere per urbem cursitantem quæstionibus hisce reconditis, atque antiquitatis tenebris obvolutis parem esse. Hæ illis relinquendæ sunt, qui otio abundantes, literis prorsus dediti, & in Bibliothecis abditi vitam degunt. Si me vero liberius jam quicquam, aut plura, quam vellet, protulisse ægre feret, at inveniet tamen me nihil aliud dixisse, ac quod rhetor iste in me immissus, necessarium mihi fecerat, nec aliud omnino tetigisse, ac quod is in medium certamen projecerat.

A  
L E T T E R

T O

Mr. L A M O T T E.

Dear SIR,

I Received the favor of yours, together with your *Essay on the state of Physicians, &c.* which I have since read through with pleasure, and can have no reason of complaint from any examination of my opinions, when it is managed with that good manners and civility, which every one will be sure to find from Mr. Lamotte.

I HAVE not leisure at present to give you my thoughts at large on the subject of your performance, or to examine critically some notions of yours, both in regard to persons and things, which seem not sufficiently warranted by the authority of the ancients. I shall confine myself to an observation or two on those places only of your *Essay*, in which I find myself named, and particularly censured; and in which you seem to have mistaken the general purpose of my *Dissertation*, as well as the particular meaning and application of the passages you animadvert upon.

THE whole reasoning of your *Essay* turns upon a supposition, which I cannot allow to be just; that my *Dissertation* was written with design to bring contempt and discredit on the profession of *Physick*; which design if I had not openly disclaimed in the *Dissertation*, yet I cannot see how it could be imputed to me by any indifferent person, from the nature of the question itself, which is certainly a very proper one for any antiquary to engage in, as it relates merely to  
E. a point.

a point of fact or history, concerning the state of Physick in Old Rome, which I assert to have been ignoble and servile: and though it was no part of my subject to enquire into the reasons of that fact, yet I have more than once suggested them to be entirely owing to the circumstances of the Romans in these times, and not to any indignity of the art itself. So that I cannot see why an argument of this kind, should give occasion, as your Title page imports, to an elaborate and particular account of the honours paid to physick in Greece and other countries, which has certainly no relation to the cause I was treating, and which, I assure you, I was no stranger to, when I entered into that controversy.

You conclude your panegyrick on the medicinal art, with two citations from Plutarch and Lucian (p. 28.) and *these two authors*, you say, *I would set against all the passages, Dr. Middleton has quoted out of the Romans, and ten times more, &c.* where I must confess myself at a loss to find out for what purpose these authors are to be set against me, or any which I have produced. Do they say any thing of the state of physick, as it was in Old Rome in the times of the republick? if not, how can they be opposed to any testimony, I have alleged in a case which they do not so much as touch upon? If you mean only to oppose their general praises of physick, to all such as have written professedly in contempt of it; instead of their being set against me, I shall be as ready as you to declare myself on their side, and to join in giving all due honour to the merit of so useful a profession. P. 11. you censure somewhat severely my application of a verse in Euripides, which, as you say, *Dr. Middleton has quoted, and pointed and levelled at the faculty, though it seems a little unluckily to recoil upon himself, and redounds to the honour of the profession.* As to the verse itself, it has not, I own, any relation to the faculty; and as for any thing that I have done towards the pointing or levelling it at them, I must profess myself wholly innocent; having quoted it just as I found it, without attempting

attempting to squeeze a tittle more out of it, than what it plainly and obviously signifies; viz. that *it is not fitting that slaves should be suffered to profess liberal arts*: Which appearing from this passage to be the notion of polite nations, and being confirmed by another testimony brought by me from a Roman poet; the consequence, which I endeavour to draw from it, seems to be but just and necessary, of the low esteem, which physick must needs be in at that time in Rome, where slaves were allowed to practise it so freely. And now pray, Sir, how is this verse pointed at all by me to any sense or purpose different from its genuine one? or how does it any way recoil upon myself? or how is it at all to the purpose whether, at Athens, where Euripides lived, the profession of physick was prohibited to slaves? If this notion of the verse be generally allowed to be just, that slaves ought not to meddle with liberal arts, the conclusion I draw must needs be as just, that where slaves are publicly suffered to profess any arts, there those arts are not thought liberal. And this was the very case between Athens and Rome: In the first, Physick was prohibited to slaves, because the art was there thought honourable; in the latter, it was in a manner engrossed by slaves, because it was there judged contemptible. So that I cannot see any colour of reason for the reflexion you make on my use of this verse; no more than for the persuasion you declare yourself to be in, that *Euripides had his eye upon physick in the application of it*; for which, I am sure, neither the verse itself, nor any other in the fragment, whence it is taken, can furnish any good authority.

It may seem a little impertinent in me to dispute the meaning of a French expression with Mr. Lamotte: but as it falls in my way at this very place, I cannot help observing, that your censure on Mr. le Clerc seems not to be justifiable, since, as far as I understand the force of his words, he does not translate the passage of Hyginus, in the manner you impute to him, viz. *that slaves were debarred from the practising of*



*physick*; but in terms more general, that they were debarred from meddling at all with it; which certainly comprehends the full extent of Hyginus's meaning, or, as you express it, *the learning and studying it*.

PAGE 40. You describe the fourth kind of slaves among the Romans to be of such as sold themselves to a voluntary and temporary slavery, in order to come at the freedom of the city. And then you add; *this is what Dr. Mead saith, he does not understand, but it was certainly so*. This passage of yours surpris'd me a little at first, since I was very certain, that I had never said any thing at all about it; and as the notion was not new to me, could not at least have said that *I did not understand it*: but upon recurring to my Dissertation, I found that your remark was occasioned by an expression of mine, which you had not sufficiently attended to; where I own myself puzzled at the confusion both of notions and words in a paragraph of Dr. Mead's; where, speaking of the Greek physicians, who came to Rome, he says, *Hi in divitum clientelam se conferebant & servi agebant*—In which I cannot understand how the same persons can at the same time be *in clientela & servitute*; *clientes & servi*; which are certainly inconsistent relations, and incompatible with each other: and I am still as much persuaded as ever, from the proper use of these words, that to assert any man to be both a client and slave together, is a mere absurdity and contradiction in terms. This is what I could not understand in Dr. Mead, and not what you suppose it to be, about strangers submitting to a temporary slavery on certain conditions.

AFTER you have finished your account of the four kinds of slaves among the Romans, you conclude thus: *Now the first and last of these I take to be the slaves that practis'd physick at Rome: such I mean as were made slaves by war; or such as admitted themselves into some great families. And again; of this last kind of slaves I take to have been the Cassii, Aruntii, &c.* But since you have not been pleas'd to give us

any reason *why you take it to be so*, should the Reader think fit to require some authority for your opinion, I am afraid you would find it difficult to produce a good one: for my part, I take the case to have been just the contrary; and that the greatest part at least of the physicians were of that kind of slaves, which had been purchased with money: for which I shall just touch upon a reason or two.

1. As to slaves taken in war, I do not recollect that the Romans used always to carry off a conquered people into slavery, especially men of dignity or fame for letters, but rather for the sake of their learning used to give them their liberty—And as for the instance you give of the famous physician Musa, being brought a captive to Rome by the chance of war; it cannot be of any advantage to your cause, since, before he fell into the hands of the Romans, he appears to have been a slave in the family of Juba.

2. As to your last kind of slaves, who voluntarily made themselves such on certain conditions: the practice is so little mentioned in old authors, that we cannot suppose it to have been very common, at least till the time of the emperors; when professors in all arts began to flock more freely to Rome, in order to make their fortunes. So that the physicians, who obtained their freedom in that way, either could not be very numerous, or do not at least come within that period of time to which I confine my argument.

3. As soon as the Romans became rich and luxurious, we find from the concurrent accounts of all authors, that they were strangely eager to procure and purchase, at any price, such slaves as were skilled in arts and sciences: in every great family there were incredible numbers of this kind, which were not only purchased with money, but were sometimes also let out to hire for money, or employed in following their professions for the gain of their masters. And since  
the

the bulk and groſs of the ſlaves of Rome were notoriously acquired in this way, I cannot ſee any pretence for excepting phyſicians out of this rank, in an age and place, where that profeſſion was not in any greater eſteem, than the other arts, which were taught and practiſed by ſlaves.

THUS, Sir, as you ſeem to deſire in your letter, I have ſent you my thoughts on a few paſſages of your Eſſay, as fully and as ſoon as I have had leiſure to do it. In a ſecond impreſſion I muſt leave it to yourſelf to make what alterations you think proper in the paſſages I have touched upon: if you make none, I ſhall not however quarrel with you about it, being deſirous to live in good correſpondence with all men of merit and learning; and eſpecially ſo old a friend and acquaintance as Mr. Lamotte. I am, &c.

The piece, which gave occaſion to the foregoing letter, was, “ An Eſſay upon the ſtate and condition of Phyſicians among the ancients, occaſioned by a late Diſſertation of the Reverend Dr. Middleton, &c.” By Charles Lamotte, A. M., &c. Printed for Benj. Motte in Fleet-ſtreet. Price 1 s. Published in February 1727.

F I N I S.